

79
LIBER SECUNDUS
COMMENTARIORUM
JACOBI PICININI COMITIS
I N C I P I T.

Diximus superiori volumine, in-
clyte Rex, quod ad Idus uf-
que Julias ab utroque exerci-
tu factitatum est. Nunc verò
quoniam ad belli finem scri-
bere est animus, instituta prosequamur, ne
aut ab illis, qui nequaquam interfuere, aut
ab illis, qui apud Majestatem tuam falsis ve-
ra immiscentes fidem habere volunt, aut de-
nique ab illis, qui libidine quadam volupta-
tis affecti, ea loquuntur, quæ somniantes af-
ferunt, verba pro verbis accipias, & divina
mens Serenitatis tuæ tanta * terræ aberrans
aliorum mendaciorum errare non putet. Ha-
beas profectò in his Commentariis Scripto-
rem, qui Regum Principi Alphonso num-
quam mentitus, nec dicere mendacium so-
litus est. Nec enim id liceret, præsertim
mihi, quem Secretariatus honore, & mille
muneribus decorasti, quodque tuo nomine,
tuoque imperio, ita inhæreo Scipioni Pic-
nino, ut fieri nihil pæne possit, in quo ex
suo me latere abire patiatur; idque vel pro
observantia, quam habet in Majestatem tuam
quammaxima, vel pro singulari ejus huma-
nitate, & summa erga me fide, vel quòd
Historiis tantopere delectari visus est, ut
exceptâ militiâ nihil videatur esse sibi dul-
cius, nihilque laudabile magis. Quæ res me
commonefecit, animumque meum impulit,
immo incendit, & inflammavit, ut incredi-
bilem magnanimitatem, summam auctori-
tatem, & dominam, ut ita loquar, tanti Im-
peratoris virtutem æternitati commendarem.
Cui si Venetorum Legati interdum credi-
dissent, non dubito, quin ante finitum hoc
esset bellum, ac ita conatus Annibalis at-
tenuati, ita essent debilitatæ vires, quòd vel
invitus cogere indignam Pacem à Senatu
Veneto expostulare. Sed opportunitati re-
rum intervalla temporum, & longiora con-
silia obesse sapius solent. Nunc ad instituta
pergamus, & quid curet, agatque Annibal,
differamus, quid hinc Scipio, cujus sunt pri-
mæ partes exercitus, vel fortitudine mili-
tum, quos habet ad arma tractanda meo ju-
dicio ardentiores, vel auctoritate Imperato-
ris, quæ tanta est, quantam in Cajo Cæsare
intelleximus. Cùm animo secum cogitaret
Annibal, ob Scipionis prudentiam non posse
hostem astutia circumvenire, vel ut impar-
tum offenderet, vel in quo loco certaretur,
novas artes, novaque versans in pectore
consilia, Urceos Novos, ut fama erat, Ve-
netis assistentes, in suam ditionem pervehen-
dos curavit: quod si evenisset, nullus pro-
fectò umquam exercitus, nullæ copiæ, nec
Scipionis quidem centuriæ, aut cohortes va-
lidissimæ, nec ipsa clarissimorum militum le-
gio, Annibalem ab imperio Suncini, & quic-

A quid inter duo flumina Olium, Abdumque
positum est, prohibere potuisset. Simulavit
enim, castra movens, alia se se loca agri
Brixienfis petiturum, ut noster quoque exer-
citus moveretur, quo & Hosti aliqua obes-
set, & sua loca facilius tutaretur; ipse inte-
rea coronâ factâ Urceis superesset, quibus,
recto præoccupato itinere, per indirectum
subvenire non possemus. Cognitum est hoc
consilium callidum, maxime prudentia Sci-
pionis; & distributis per vicina Oppida præ-
sidiis, moventes inter Pompejanum, & Ur-
ceos Veteres castra firmavimus. Annibal ve-
rò ubi novum consilium irritum esse intelle-
xit, inter Conciolam, Agabianum, & Pu-
dianum Oppida ex agro Brixienfi, quæ à
Venetis nuper defecerant, exercitum suum
trajecit ea lege, ut nunquam inde amoveret-
tur, donec aliquid clarum facinus, ut ipse
gloriabatur apud suos, faceret; ratus quin-
etiam, nos eo loco, quem tenebamus, non
posse diu persistere defectione pabulorum.
Sed tota erravit via; nam & abundantia re-
rum omnium, quæ ad usum militiæ esse pos-
sunt, exuberamus, & fertilitate pabulorum
quamquam præter solitum longiuscula sunt.
Sed Pons super Olium Flumen constructus est,
quo pabula facilius refecerentur, quorum ma-
jor copia parvo præsidio haberi possit.

B Utrique igitur firmata sunt signa consiliis,
& rerum gerendarum ordine utrinque tem-
pus conteritur; hinc fossis, quasi mœnibus
roborantur, illinc trecentis curribus, quos
semper secum Annibal pro comœatibus de-
fert, & cancellis, addito custode castra val-
lantur. Timebat enim ingentem numerum
transfugarum. Equitatus, & excursiones in-
terea utrinque ad Populorum calamitates
sunt. Alexander Sforcia, Annibalis Frater,
Dux quidem clarissimus, & Alexandro Phi-
lippi Macedonis filio magnanimitate, & mi-
litari scientia non inferior, equitatum in
Brixienfes parat. Erant in eo sanè ex utro-
que Ordine tria militum millia, quos sibi ex
omni fratris Exercitu delegerat. Id explo-
ratores Scipioni significarunt. Tunc ille,
D qui & animo, & armis, ut omnium est sen-
tentia ceteris Ducibus præstat, pugnandi avi-
dus, delectis ex pedestri ordine quadringen-
tis, totidemque ex equestri militibus, Brixie
Urbi opulentissimæ, & præter ceteras Vene-
torum ditissimæ, accurrit, hostique obviam
fit ad quingentos ferè passus. Hic expediti pe-
dites, & levi armatura induti equites, ab utra-
que copia conferunt manus; pugnatur comi-
nus hasta, ac gladio, ut fortes milites decet;
fauciantur quamplurimi, multique ore ter-
ram petunt; dat terga nemo. Spectant utrin-
que suorum magnanimitatem instructæ acies,
suis, cùm res tempusque postulet, subcentu-
ria-